WENCESLAUS BRACK
Konstanz, 1492-1494 Seite 96r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



pregnantes, omnino caveant, quam fetum educit,
Quia in difficultate partus summum iuuamen. Et
in tempore fluxus menstruorum, quia celeriter et
bene mundat, et ad concipiendum abilitat.
Hec pauca de vinis compositis sufficiat lusisse,
Et in hoc ponendo pauca, dedimus in cunctis
iter dictorum instar comitari. Quare finem
tractatui quinto statuamus.

Finis quinti tractatus de vinis compositis

Tractatus sextus de aceto

Cap. primum de aceti complexione

Missis opinionibus, quibus aliqui
mouebantur, acetum esse nimie frigidum.
Alii vero, quorum numero fuit Arestoteles,
acetum esse calidum, sequaces denique
eius adhoc peruenire, vt ipsum igne esset calidius,
propterea quod subtiliaret, incideret, resolueret. Et secundum
plinium, sicut ignis, in omnem rem penetraret. Quarum
galienus motiua confutat, primo simplicium pharma-
corum, capitulo 3° distinctionis tertie. Si vtique esset aliqua
acceptanda, magis ait adherendum opinioni Aresto-
telis, dicentis acetum vnam, quam vinum fuit, caliditatem
amisisse. Alia vero, que putrida in eo, acquisita esse
per putredinis esse, veluti in cadaueribus, caliditas que
erat viuentis, deperditur, et putredinalis subingreditur